

talem. M. At vide, ne me fallas. V. An ego amicum fallerem, cum sciam etiam inimico seruandam esse fidem? M. Abi festina; ego dum te opperier, aliquid interim legam. V. Salue Macari. M. Quis iste saluator? V. Ecce redij. M. Eho tam citò. Mihi videris volasse. V. Nimirum affectus ipse pedibus alas addidit. M. Eamus nunc ducente Deo. V. Solus Deus est, qui suos ducit ac reducit. M. Maturamus; longiuscule fons ille hinc abest. V. Tantò melius prandebimus; perge.

IOACHIMI CAME- RARIi DIALOGVS.

De Gymnasijs.

HOSPES. PVER.

Quid est vsitatum vobis facere exercitii? P. Ex-
ercitii quid requiris? H. Sic dico; quia neq;
libenter corpora puerilia, neq; utiliter quiescunt
multum: Ideo quo genere qua gymnasiolorum vta-
mini scire cupio. Nam fuit hoc inter alia veterum
instituta caudatissimum, vt publice etiam tenella
corpora forma entur atq; corroborarentur. Quod
quidem intereidisse cum maximo detrimento appa-
ret. P. Sic nostrum quoq; magistrum loqui audie-
mus H. Etiam hoc amplius aliquid, vt opinor P.
Rectè opinaris Nam neq; animum rectè curari atq;
fingi neglecto corpore: neq; hoc sine illo posse do-
cet Itaq; aut valere simul aut deficere vtranq; disci-
plinam necesse est H. Ita est profectò P. Cum igitur
eruditio animorum, in qua Musicam primas tenere
ait, oppressa esse barbarie; vnà cum illa hanc etiam

Necessitas

“

Antiquitas

“

Aufertitas

“

“

“

Utilitas

Depravatio